



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

1. Octobris. Calendæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**



ANNI  
CISTERCIENSIS  
OCTOBER.

I. Octobris. Calendæ.

Floruit  
anno  
1220.

Innocē-  
tiam à  
Baptis-  
mo con-  
servat.

Missam  
devotè  
cele-  
brat.



EATE ULRICE, cę:  
nebii Villariensis mo-  
nache: qui & vultu &  
moribus terrestris An-  
geli speciem referebas:  
innocentiam namque  
quam à sacro Baptismatis lavacro re-  
portāsti, nullo gravioris peccati nævo  
libatam usque ad ultimum spiritum  
conservāsti. Tanto etiam fervore In-  
cruentum D e o Sacrificium offere-  
bas, ut eo tempore caput tuum sæpe  
cœlestis splendor circumdaret. Ho-  
ram denique mortis prædicens cum  
summo cordis jubilo purissimum spi-  
ritum emisisti. Tu mihi fontem à Deo  
impera, quo contractas per humanam  
fragilitatem


I. OCTOBRIS. 285

fragilitatem sordes lacrymarum Baptismo  
lavem, ut sic ad Agni nupicias morear in-  
tromitti.

B. NEHEMIA, Sancti Malachiae Flortus  
in Hibernia discipule, sub cuius magis circa  
sterio tam egregie prosecisti, ut insi- annum  
gnia merita te ad Episcopalem Sedem 1160.  
Urbis Cluacensis evocaverint. Ubi  
tam verbo quam exemplo oves tibi  
commissas in summa sanctitate pavi-  
sti. Ora pro me, ut & ego exemplo meo  
proximum edificem, ut verba mea factis  
sint conformia, ut qui me profiteor esse Re-  
ligiosum, dicti mei veritatem actibus com-  
probem.

S. BERNARDUS, ser. 4. de Adv.

Nullum ego consilium melius arbitri- Exem-  
tror, quam si exemplo tuo fratrem do- plo do-  
cere studeas, quae oporteat, quae non o- cemus  
porteat fieri, provocans eum ad meli- optimè  
ora, & consulens non verbo neque lin-  
gua, sed opere & veritate.



2. Octobris. 6. Nonas.

B. GODEFRIDE cognomento Pa- Floruit  
chomi Monache Villariensis, qui circa  
inter Canonicos Regulares melioris annum  
vitæ rudimenta ponens concepto ar- 1240.  
etioris disciplinae desiderio Villarium  
te coepit.